

etus attingeret, nudus versabatur in paradiso, nudusque a creatore visitabatur. Quorsum ergo nuditatem obtendit, propter quam se absconderit? Deinde vanum est, Dei oculis intentare quidpiam se subtrahere, cum omnia sint nuda, & aperta oculis eius. Adamus non scientia, sed affectu regebatur, & sicut ipse post gulam infaultam perurgente concupiscentia de nuditate erubescibat; metiebatur etiam ex se Deum, & velut suppliciter ex nudorum corporum aspectu cogitabat; similique suis moribus Deum fingebat. Vide supra hoc tom. cap. 8. n. 186. & cap. 14. num. 18. & 19. cap. 17. num. 67. & tom. 1. 2. ac 3. verb. ludicare.

Adamus ex se de Deo concupiscentia.

QUESTIO XIV.

Quare cum in sinu Abraham essent multi Patres: Diues vero non alium postulat refrigeratorem, nisi Lazarum, ut ad se mittatur?

97. **M**ULTI erant Patres in sinu Abraham, Isaac, Iacob, & alij, & tamen damnatus diues non alium sui consolatorem postulat, nisi Lazarum, cum nemo minus ad opem ipsi ferendam idoneus videretur, utpote cui ipse egeat, postulantique minime subleuam ferre voluisset, cui etiam miccas de mensa sua cadentes non tribuebat, sed negabat. Ad quaestionem

98. **R**espondet primo D. Chrysologus serm. 122. *Quod agit diues, ait, non est nouelli doloris, sed liuoris antiqui: zelo magis incenditur, quam gehenna. Est graue illis malum: est illis incendium reddendum, quos aliquando habuere contemptui, videre felices. Adhuc diuitem malitia non deserit, quoniam possidet poena; qui non se ad Lazarum duci postulat, sed ad se Lazarum vult deduci. Postulat ut ad se Lazarus mittatur, non est nouelli doloris, sed liuoris antiqui. Vnde ex ipso suo liuore antiquo non postulat, ut sibi liceat ascendere ad Lazarum; non se ad Lazarum duci postulat, sed ait, mitte ad me Lazarum, quod non incongrue eius arrogantia, ac insolentia tribuendum est, quam etiam in inferno demorsus non deponit. Adhuc diuitem malitia non deserit, quem iam possidet poena, qui non se ad Lazarum duci postulat.*

99. **I**n rem nostram, ex suo liuore antiquo: Non dixit mitte me ad Lazarum; sed mitte Lazarum ad me; potius enim optabat Lazarum secum esse miserum, quam se cum Lazaro beatum, ac si magis eum aliena gloria, quam propria poena torqueret, adhuc diuitem malitia non deserit, quem possidet poena. Inuidis alterius gloria nouus est cruciatus inferni. Cum David a Saule, ac eius militibus dure persequeretur, dicebat: *Dolores inferni circumdederunt me*, Psalm. 17. n. 6. D. Augustin. legit. *ibi. Dolores inuidia*. Sic enim hostes, ac persecutores Davidis eius gloria cruciabantur, ac si gehennalibus doloribus torquerentur.

100. **S**ecundo. Ad eadem verba Chrysol. *Est illis incendium non ferendum, quos aliquando habuere contemptui, videre felices. Multi erant in sinu Abraham, tamen Lazarum peculiariter postulat ad se mitti, maxime optabat Lazarum a sua gloria priuari, quam quemcumque alium, nam alij, qui apparebant in illa gloria, ut Abrahamus, Isaac, & Iacob potentes, & locupletes extiterunt,*

Abiit in inferni poena diues non deponit superbiam.

Inuidis alterius gloria inferna.

Psalm. 17.

August.

100. Chrysol.

& ex diuitum culmine diues sic non laceratur, ut ex pauperum gloria, maxime enim dolebat, confundebatur, ac erubescere tanto splendore superari ab eo, quem aliquando ut abiectum, & contemptibilem mendicum ante ianuam suam habuit iacentem. *Misit in eos canonyam, & comedit eos, & ranam, & disperdidit eos*, Psalm. 77. n. 46. si animalibus eos placuit domare, ac superare, cur est syluis, ac à montibus non excitantur Leo, Ursus, Tygtis, vel Aper? sic dispositum est ad Aegyptiorum confusionem, ac verecundiam, quod non à magnis bestiis, sed à paruus, ac minutis nempe ut mulcis, ranis superabatur, ac frangebatur. D. Augustin. tract. 1. in Ioan. *Populum Pharaonis, ait, superbum potuit Deus damare de uris, de leonibus, de serpentibus; muscas, & ranas illis immisit, ut rebus vilissimis superbia domaretur.*

Parus rebis Deu conuulit multorum superbiam.

Psalm. 77.

August.

101. Chrysol.

Tertio. Ad eadem Chrysologi verba: *Adhuc diuitem malitia non deserit; adhuc in Lazarum sic crudelis. Multos magnos patres videbat diues in sinu Abraham, & tamen omnium aliorum digitos praeterit, & solum ex digito Lazari vult guttam aqua ad refrigerium, ac leuamen sui ardoris; cur non potius confugit ad aliorum digitos, quorum manus multis diuitiis plenae fuerunt; cur potius mendicum Lazari digitum requirit? Adhuc diuitem malitia non deserit. Non ab aliis, nec ex fratura diuitiis aliquid sperat, sed solum à Lazaro. Hæc est antiqua diuitum malitia, ut pro eorum refrigerio, delicis, ac necessitatibus reparandis nesciant aliud attendere, ac quaerere, nisi pauperum substantiolas, quique fluentia diuitum omitunt, & pauperum guttas ambiunt. Saluianus lib. 4. de Gubernat. Dei: *Ecce enim remedia, ait, pridem nonnullis urbibus data, quid aliud egerunt, quam ut diuites cunctos immunes redderent; miserorum tributa cumularent, ut illis demerentur vestigalia vetera, istis ut adderentur noua. Vide cap. 9. num. 81.**

Diuites pro suis delicis solum res pauperum quaerunt.

Saluian.

102. Chrysol.

Quarto. Idem D. Chrysologus serm. 122. *Mitte Lazarum, ait, quo? Ad infernum de gremio, de solio sublimi ad profundum chaos, ad tormentorum stridorem de sancta quiete, de tanto silentio beatorum, ut iungat extremum digiti in aqua. Si Lazarus mittatur, ut diues postulat ad profundum chaos, summum amittet gaudium; cur ergo pro vna exigua gutta supremæ Lazari felicitati infidiat? adeo sui affectuosus erat miser, ut vellet, ac cogitaret Lazarum suo supremo, ac omni bono suo priuari, ne ipse aliqui, ac minimo suo commodo cateret, stante maledictione super vitum, qui comedit panem usque ad vespem donec Israel vlcisceretur de inimicis suis. Ionathas: *Extendit summitatem virga; & ininxit in fauam mellis, & conuertit ad os suum*, 1. Regum 14. num. 27. Ut gustaret guttam mellis non reculauit inducere super populum magnum piaculum, ac damnationis periculum, ut totus Israel periret.*

Pro nostra exigua utilitate volumus, ut alij suis omnibus spolientur. 1. Reg. 14.

103. Caetan.

Quinto. Caietanus: *Petit, ait, Lazarum mitti ad sui refrigerationem, cui meminit se iam inhumanum fuisse. Diues valde durus, & crudelis fuerat in mendicum Lazarum; cur ergo hunc postulat ad sui commiserationem? cur non ad alium confugit? sed tantum eligit Lazarum, quem offenderat? optimè sciebat hominem virtute insignem, ac diuina gratia repletum, quo magis offensus erat, inde aptiorem esse ad præstandam gratiam, ac adiuuamen suo inimico, ac offenderenti. Sic & David quamuis multis iniuriis, ac persecutionibus esset lacessitus à Saule, tamen David verbo, & factis valde*

Vir iustus iniuriarum condonat.

1. Reg. 24.

104. Gregor.

Solu qui sustinuit miseriam, misero nouit subuenire.

105. Apoc. 1.

Ex proprio dolore instruitur, ut alij subueniat.

106. Genes. 18.

Peregrinus peregrinis dat opem. Chrysol.

valde modestè se habuit erga eum; nam cum sui commilitones eum vellent in spelunca occidere. *Confregit viros suos sermonibus, & non permisit eis, ut confurgerent in eum*, 1. Reg. 24. num. 8.

Sexto. D. Gregorius lib. 18. moralium, cap. 12. *Post mortem inopia in tormentis abundanti, qua in vita peccauerat, & velut pauper torquebatur, vnde potius pauperem aduocat, cuius viscera misericordia plena sunt ex miseris perpessis, quam alium. Diues multos viderat in sinu Abraham, tamen Lazarum tantum postulat sui consolatorem, quia etsi illi minus idoneus videretur, cum erga ipsum semper ferrea viscera habuisset, tamen non postulat in suum adiuuamen Isaac, Iacob, & alium, sed solum Lazarum; nam illi quamplurimis diuitiis abundauerant; hic verò multa necessitate, ac egestate oppressus fuerat in vita, ex quibus maxime alliceretur ad illius adiuuamen. Cuius viscera misericordia plena sunt ex miseris perpessis.*

Ait Christus Dominus Ioanni in Apoc. 1. num. 17. *Noli timere, ego sum primus, & nouissimus, & viuens, & fui mortuus, & habeo clauis mortis, & inferni. Maxime ponderanda est illa connectio fuit mortuus, habeo clauis mortis, ad quid, ut de se astrueret, quod habebat clauis mortis, & inferni, prius tamen praemitit, quod fuerat mortuus? Solus enim qui expertus est dolores mortis, idoneus inuenitur, ut clauis habeat mortis, ex suis enim doloribus habet documentum, ut aliorum angoribus subueniat.*

Cum Abraham in ipso seruore diei ad ostium sui tabernaculi federet, ac pro se tres viros vidisset. *Cucurrit in occursum eorum*, Genes. 18. num. 2. Non lento gradu, sed ita accelerato ad eos properat, ut ecurreret. Vnde illi tanta festinatio erga hos tres viros? apparebant illi in peregrinorum facie; cum autem Abrahamus intulisset aduenam, ac peregrinus, peregrinque incommoditates fuisset perpessus, inde vehementer proocabatur, ut peregrinis auxilium praeberet, ac opem ferret. D. Chrysologus serm. 121. *Peregrinus ipse, ait, ingiter laborauit, ne peregrinus peregrinum se esse sentiret; sub tentorio manens ipse, sine relecto aduenam manere non est passus: & hospitum hospes semper ipse suscepit. Expende hæc vltima verba.*

107. Abb Celli.

Paenitentem non alienam manum, sed sui querit.

prias manus, ac pedes, & omnia membra vult adhibere, ut poenam suis delictis promeritam amoueant, & deleant.

Ad quaestionem respondet primo D. Chrysologus serm. 122. *Sitis, ait, o diues, extremi digiti guttam, quam si vel solam dedisses pauperi, non scribes. Immisericordem te gutta reddidit: & mica reddidit inhumanum, in quibus totus pauperis vitæ consistit, & vita. Non fontem, non flumina, sed paruam guttam appetit miser, gutta seu mica erat, ob quam pauperi denegatam; diues hic æternis cruciatibus premitur, ut ergo agnoscat suæ damnationis causam potissimum desiderio exoptatæ guttæ torqueatur. Vnde perbellè ait D. Gregorius Nicænus orat. 3. de Beatitudine: *Idcirco misericordia implorata non auditur, non, quia una gutta de magno paradisi fonte dempta damnoosa esset, sed quia misericordie stilla commiserari, atque communicari cum inhumanitate non potest; qualia enim seminauerit homo, talia & metet. Et D. Augustinus serm. 227. de tempore: *Desiderat guttam, qui negauerit micam. Quod confirmat ex his, quæ Sapient. 7. num. 26. de Dei filio omnium iudice loquens, ait: Candor est etiam lucis æternæ, speculum sine macula. Cur omnium iudex speculum appellatur? representat enim vnique quod ipse in se habet; nam speculum representat, quod ei obiicitur, sic & nos nostris muneribus facimus, ut nobis Deus suis muneribus correspondeat; si misericordes, ac largi sumus in proximis, magnificam liberalitatem experiemur à Deo erga nos: si verò inhumani, ac crudeles sumus, nec guttam ex Dei pietate recipimus, citatus D. Nicænus: *Quemadmodum artis exacta proba, verag, specula tales vultuum ostendunt effigies, qualescumque ipsi vultus sunt; ita iustum quoque Dei iudicium nostris affectionibus assimilatur: qualiacumque à nobis commissa fuerint, tales nobis de suo præbens retribuionnes. Quia auarus negauit pauperi micam, negatur ei & gutta. Vnde ait D. Chrysologus serm. 66. *Qui diuitias suas non miserando pauperi dedit, sibi misericordiam sic minorat.*****

108. Chrysol.

Nicæna.

Qui pauperi negauit micam, negatur ei gutta. August. Sap. 7.

Qualis homo Deo, talis Deus hominibus.

Nicæna.

Chrysol.

109. Chrysol.

Secundo. D. Chrysologus serm. 122. *Mitte Lazarum, ait, ut iungat extremum digiti in aquam? Ergo iuxta te est aqua? Si iuxta te est, quare de proximo non sumis? Quare? quia vincula sunt manus tuae merito o Diues! Non rogas, ut Lazarus secum deferat aquam, ac si iuxta ipsum diuitem essent fontes aquarum; cur ergo manum suam non mittit in aquam, ut suam linguam refrigeraret? Non poterat sanè, quia qui pauperi neglexit porrigere manum, tormentis ligatur manus eius, ne ad sui refrigerium valeat porrigere manum, vel hæc est diuitum miseria, quod cum iuxta se habeant bona sua, tamen nihil manus inueniunt, quo frui, ac refrigerari possint. Sua auarus conditione premitur, ut habens aquam non bibat.*

Auarus cum habeat aquam non bibit.

Tertio. D. Nazianzenus orat. 27. *Diues ille, ait, qui in flamma torquebatur, ac pro huius vite voluptatibus, Lazarique, esurientis, & ulcerosi contemptu, hanc mercedem referebat, ut illic Lazaro opus haberet, nec tamen eius opem impetraret. Totus miser acerbè cruciabatur gehennali flamma secundum omnia membra sua, & tamen solum relinquantur ei oculi liberi, ut rectè notauit D. Chrysolomus datus quest. 11. ut videat Lazarum, ab ipsoque guttam aquæ expostulet, cum tamen vna gutta parum posset diminuere, de tam ingenti, ac perenni cumulo tormentorum, ac si ad magnam diuitis*

110. Naziana.

Chrysol. Crudelis tormentum suum casta cruciari, & presibus non ingratum.

QUESTIO XV.

Quare miser epulo exposcit guttam aquæ non proprio digito, sed alieno adnotam?

DIVES Auarus expostulat aquam non suo digito, sed alieno nempe Lazari illatam. Vnde meritò hunc pungit Abbas Cellens. de panibus, cap. 25. *Plenam itaque manum, ait, non extremum digitum in aqua intulit exposcit conscientia de grauibis consistens: nec alterius tamen; sed proprio digito velit mouere, & amouere poenam, quam male animum mouendo sibi adnouit. Miser epulo dum veluti videns, ac confitens sua peccata, misericordiam implorat, miserere mei, ut declinet poenam, in qua detinetur, quia crucior in hac flamma. Adhuc errat; falsus, & inutilis est impenitentis epulonis dolor; vult enim amouere poenam suis debitam peccatis, non proprio, sed alterius digito; verus poenitentia dolor non solum suum digitum, sed etiam propriam*

malitiam dignè castigandam, non foret satis acetè in tartaris in æternum torqueri, nisi etiam è concepta spe, ac precibus exhibitis ipse frustraretur, ad complementum suæ magnæ damnationis exigebatur, vt fu per cruciatus à dæmonibus ministratos cassa expectatione vexaretur. Ingentes maledictiones congerit Iob super noctem in qua conceptus, seu natus fuerat, ait: Noctem illam tenebrosus turbo possideat, & addit: Expectet lucem, & non videat, nec ortum surgentis aurora, Iob. 3. n. 9.

Quoniam hæc imprecatio; quid enim infelicitus nocti poterat contingere, quam quod ipsa videret lucem, lucis enim aduentu nox destruitur; qualisnam est illa maledictio? Magna sanè, expectet lucem, & non videat. Nil enim durius, ac execratius poterat nocti euenire, quam quod expectet, & non videat, vt execrabilius super omnia mala in perpetuum erucietur.

Quartò. D. Chrysostomus homil. de Diuite: Vide conscientiam peccatoris, ait, non totum audeat poscere digitum. Non postulat miser totam manum plenam aqua, non integrum digitum, sed tantum extremum digiti, seu vt alij legunt, extremitatem digiti. Cur minimam partem cum aqua exposcit? Vide conscientiam peccatoris non totum, &c. à conscientia sua in hoc ducebatur; sciebat enim quod in bonis creatis extra Christum nihil est integrum, & totum, sed valde minutum, ac dimidium. Vide supra cap. 2. num. 122. & cap. 7. num. 81. 82. & multa, verb. Bona temporalia. Vel quia ipse exiguum solitus erat dare, ideo & exiguum petebat.

Quintò. D. Chrysologus serm. 124. Stilla digiti extrema, ait, credit gehennæ flammas extinguere, qui mensuris per totam diem ebrietas non extinxit incendiis. Totus inflammatus homo, & vt tanto incendio subueniat non fontem, non lacum, sed aqua guttulam desiderat, vt incendiis suarum voluptatum satiaret, nullum habebat modum, nec mensuram, epulabatur quotidie, id est continuè, & tamen non explebatur ex suo ingenito affectu vnâ guttulam cælestis toris desiderat, qui sine vllis mensuris ventri, & gula sese ingurgitabat; cælestia in parca mensura; terrena verò sine vlla mensura miser ambiebat, qui temporalia inhians fastidebat cælestia.

Sextò. D. Zeno serm. de Resurre. Cupit, ait, mortuus vel vno digito, illis contigit manibus, quibus stipem denegauerat vniuus, odit iam, quod antea sine causa amauerat, probat felicitus esse, quod oderat. Cur ô diues epulo ad tua pretiosa antiqua vina, ad tuas delicatas dapes, quæ tibi in vsu fuerunt, non recutris, sed tantum ad manus pauperis, quas maximè in odio habebis? Cum miser iam sit sub gladio diuini iudicij, iam quasi melius intelligens, quæ antea amauerat, iam odio habet, vt potestantæ suæ damnationis principium; & quæ prius fuerant ei in fastidium, v.g. pauperis manus, ipsas solùm quatit, & ambit, iamque suas amatas diuitias radicem suorum malorum agnoscit, & detestatam paupertatem refrigerij fontem agnoscit. De homine in mortis articulo constituto. Ait Iob 33. num. 20. Abominabilis ei fit in vita sua panis, & anima illius cibis antea desiderabilis.

Septimò. D. Chrysologus serm. 122. Quid est Diues? ait, ubi sunt torrentes torculariorum tuorum? Vbi sunt horrea ad famem pauperis? Vbi sunt vna annostratus, & ipsa temporum obliuione seruata? Vbi sunt effusiones, & fulmina ministrorum tuorum? Istia omnia tibi perire. Remanserunt ista, deserue-

Iob 3.

Chrysost.

In bonis temporalibus non est totum, sed pars.

Chrysost.

Cælestia in mensura, humana sine mensura voluptatis.

Zeno.

Sub Dei iudicio amata fugimus, & detestata amantur.

Iob 33.

114.

runt ista. Dic mihi epulo cur pro aqua ad manus Lazari recurris, cur non potius ad fratres tuos, quibus multa bona in domo patris tui reliquisti? Cum ipse discessit, ac bona fratribus, ac cognatis delegauit; pro certo habuit, quod illa bona minimè profutura, ita vt facilius crederet posse refrigerium habere à cælestibus, quàm à bonis relictis in manu fratrum, ac consanguineorum. Et relinquentis alienis diuitias suas, Psal. 48. num. 11. Nonne motientes relinquunt diuitias suas fratribus, filiis, ac nepotibus, quomodo dicitur, quod relinquunt alienis? cum homo moritur, ac bona illius manent, filiis, amicis, ac vicinis minimè ei valent subuenire, ac in eius commodum cedere, sed sic ei proficiunt; ac si alienis essent data. Rufinus ad prædictum Psal. Omnes iniqui relinquunt alienis diuitias suas: siue filij sint, siue parentes, siue vicini, quibus eas relinquunt; tamen in hoc alieni sunt; quia illis de suis diuitiis subuenire non possunt.

Non solùm bona tibi antea multum cara, quæ relinquis, auidas fratribus, te discendentes deserunt, tanquam alienis data, sed etiam te acculant, arguunt, & tanquam hostibus elargitis aduersus te pugnant. Apparet Babylon illa magna super bestiam coccineam, cum qua turpi, ac fornicario amore ei copulati sunt; quique multum de diuitiis, ac abominationibus eius participes facti sunt; tandem cecidit Babylon illa magna Dei experta vindictam, quid tunc reges illi, qui diuitiis eius locupletati fuerunt? Scribit Euangelista: Et decem cornua, quæ vidisti in bestia: hi odient fornicariam, & desolatam facient illam, & nudam, & carnes eius manducabunt, & ipsam igni concremabunt, Apocal. 17. num. 16. Decem cornua decem reges illius amatores sunt. Rupertus lib. 10. in Apocal. Reges, ait, per cornua designantur, qui cum illa fornicari sunt; ipsi ergo, qui cum illa fornicantur, illam odisse, & desolatam, nudamq. facere, & carnes eius manducare, & ipsam concremare dicuntur: mirum hoc, attamen verum est. Valde mirum quod illi reges, quos habuit in deliciis, quibus & multum de suis bonis communicauit. Vbi ipsa cecidit, eos habeat aduersarios ad deuorandas, ac concremandas eius carnes. Desolatam facient illam, & carnes eius manducabunt. Sic pergit citatus Rupertus: O igitur miserabilis conditio Babylonis terrena civitatis, qua adeo fornicatur cum amatoribus: quia non solùm fornicatur cum amatoribus, sed etiam cum hostibus: quorum & si quis amor est, tanta felix amaritudine permiscetur, vt ipsam hostiliter dilament, cum qua fornicantur.

Munditia bona relicta consanguineis non proficiunt morienti. Psal. 48.

Ruffin.

115.

Apoc. 17.

Rupertus.

Bona amatoribus data, veluti hostilia arma contra te concremantur.

QUESTIO XVI.

Quare cum miser epulo totus igne concremaretur, solùm tamen lingua requirit refrigerium?

RESPONDET primò D. Augustinus in catena D. Thomæ: Quod linguam suam, ait, vult refrigerari cum in flamma totus arderet; significat, quod scriptum est: Mors, & vita in manibus lingua. Quare sic vltatur lingua epulonis in inferno, ac si reliqua membra ab incendio vacarent; aduisione linguæ sic cruciatur damnatus, vt solius linguæ refrigerium exambiat. Cur tam ibi diram afflictio? Cur linguæ agglomerantur tot flammatum globi? Pœna pro criminum qualitate tor-

116. August.

quæ damnatos, & quia lingua participat omnium criminum exitialem malitiam; nam vt ait D. Iacob. 3. num. 6. Lingua ignis vniuersas iniquitatis. O Eumenius ibi: Mundus iniquitatis. Est veluti quædam vniuersa machina omnium malorum. Cum ergo lingua sit generale quoddam peccatum, ibi omnia tormentorum genera coadunata conuolant, vt præ cæteris membris viuaciori igne concremetur, ac crucietur in gehenna.

Secundò. D. Chrysologus serm. 122. de lingua agens, ait: Hæc præcedit ad iudicium: hæc antea degustat, & patitur cruciatus, hæc de toto corpore prima sentit ardorem; quæ prima varios deliciarum cibos, & odorata degustat pocula. Totus in deliciis degubat. Epulo molli bysso admixta purpuræ gloria induebatur, epulabatur deinde splendide, & tamen præ cæteris membris crudeli tyrannide lingua crematur. Lingua mira, ac exquisita ciborum varietate oblectamenta hauserat, ita vt nec momento quidem à multa ferculorum varietate, ac suauitate sese abstineret, & idè quæ præcipua fuerat deliciarum instrumentum, præcipua fit tormentorum materia. Hæc de toto corpore prima sentit ardorem, quæ prima varios deliciarum cibos gustat.

Tertiò. In citatis verbis expende acumen Chrysologi: Hæc præcedit ad iudicium. Ac si ipsa lingua, quæ tantum potationi, ac ebrietati indulserat, præcederet ad iudicium, tanquam prima helluonem arguens, & accusans ad sui damnationem. Cum Moyles descendisset de monte, ac vidisset filios Israel idolatras: Arripiens vitulum, combussit, & contriuit vsque ad puluerem, quem sparsit in aquam, & dedit ex eo potum filiis Israel, Exod. 32. num. 20. Ad quemnam scopum hoc factum tendit? Glossa: Tradunt Hebraei, ait, quod filij Israel bibentes aquam vituli puluere infectam: qui commiserunt idololatriam, in barbibus puluerem auri præferebant; quo etiam signo rei, vel immunes sceleris apparebant, & rei interficiebantur. Ipsa vituli materia, quem diuino honore prosecuti sunt, præcessit ad iudicium, & delinquentes internecioni prodidit.

Quartò. D. Chrysologus serm. 122. Si te, ait, iam possidet totus ignis inferni: si te gehennæ flamma complectitur, quare solius lingua vitibus desideras subuenire? Quia magis lingua vrutur, quæ insultauit pauperi, quæ misericordiam denegauit. Totus cruciatibus premebatur, & tamen grauius lingua sentit incendium, ibi sanè grauior grassabatur pœna, vbi virtutis fuerat maior contemptus: in lingua præ cæteris membris delæuit flamma, quia et si alia vitibus fuerant deprauata, aliena tamen virtuti non se præbuerunt contraria. At lingua misericordiam prohibuit, insultauit Lazaro, virtutes detestata est. Magis lingua vrutur, quæ insultauit pauperi. Ac si linguæ procacitas actius præ cæteris membris igne inferni torqueatur. Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi ad linguam dolosam? Psal. 119. num. 3. Quænam sit merces, seu retributio reposita linguæ dolosæ? Respondet Regius Vates: Sagitta potentis acuta cum carbonibus desolatorius, seu, deuastatoribus, vt legit D. Augustinus. Merces linguæ dolosæ sunt sagittæ, seu supplicia valde acuta; & penetrabilia à Deo omnipotente inflata, vt explicant Brixian. Genebrard. Theodor. & alij, cum carbonibus desolatoriis, id est cum igne inferni perpetuo durante, & consumente.

D. Chrysostomus ex Græco refert hanc versionem: Sagitta potentis exacuta sunt cum carbonibus Sylucira in Euang. Tom. IV.

Lingua vt generale peccatum magis torqueatur. Iacob. 3. OEumen.

117. Chrysolog.

Lingua præcipuum torqueatur, quæ erat præcipuum deliciarum instrumentum.

118. Chrysol.

Crimen arguit delinquentes, & tradit ad pœnam. Exod. 32.

Glossa.

119. Chrysol.

Maledicta lingua omnia tormenta inferni deputantur.

Psal. 119.

August.

Brixian. Genebr. Theodor. Chrysost.

constipatis. Ac si omnia tormenta inferni, quæ per carbonem intelliguntur; coadunentur, ac conglomerentur, contra linguam dolosam.

Quintò. Ad eadem verba: Magis lingua vrutur, ardet, & stuat, quæ insultauit pauperi. Quæro hic videntem Chrysologus de prompterit. Helluonem illum conuicia, ac maledicta in pauperem iaculasse, non enim hoc facit Textus indicat, sed tantum quod voluptatibus purpuræ, bysso, ac epulis indulgebat; ex his, quæ facit Textus narrat, habuit Rauennas Antistes coniecturam; Epulo ille inhumanitate, odio, ira, ac liuore concepto extiterat contra Lazarum; vt illi nec micam è mensa sua daret; odium ergo quod animus conceperat, minimè se continere poterat, sed amaris maledictis per os exibat, vt communis vsus habet; peccus enim maleuolentia refarcinatum, facile per labia euomit, quod intus later venenum.

Post peccatum primorum parentum, mortis sententia in eos est promulgata. Pulvis es, & in puluerem reuerteris, Genes. 3. num. 19. statim hac comminatione audita imponit vxoris suæ nomen, Heua. Et vocauit Adam nomen vxoris suæ Heua, eo quod esset mater cunctorum viuentium; ibid. num. 20. Quid magis dissonum esse poterat, vt præclare ponderat Rupertus lib. 3. de Trinit. & eius operibus, cap. 26. Quid insaniss, ait, quam in illo talis causa iudicio illam nuncupare Euam, id est vitam, quæ vitam in se non habebat? Eamq. dicere matrem cunctorum viuentium, quæ potius mater est cunctorum morientium. Vt nodum soluas aduerte hominum esse consuetudinem bona possessa habere in contemptu; amissa verò in desiderio. Si Adamus pactum obseruasset, ac de ligno vitæ non gustasset, promissa ei erat vita indeficiens, vt absque mortis interuentu ab hoc sæculo ad cælestia regna transmigret. At verò cum de interdito pomo comedisset, legemque Dei violasset, priuilegium est amissum, & in terribilem mortis sententiam incidit; inde arsit in eo vehemens desiderium boni, quod perdidit, & vnde in peccore nil magis versabatur, quam votum vitam recuperandi; ex tam ergo præfixo affectu ad vitam, cognatum verbum prodiit, vt vxorem morturam vitam appellaret, sequuta est enim lingua animæ affectionem, & foris pronuntiauit vitam, quam intus meditabatur in mente.

Ducto populo in captiuitatem lamentatur Ieremias Thren. 3. num. 29. Ponet in puluere os suum, si forte sit spes: dabit percipienti se maxillam, saturabitur opprobriis. D. Ambrosius citandus legit: Dabit in sepultura fossam os suum. Id est obturabitur os eius veluti ingenti aggere. D. Ambros. serm. 10. in Psal. 118. Quod autem ait, dabit in sepultura fossam os suum: ostendit quandam supra modum inciturnitatem patientia, vt tanquam sepeliat os proprium, & veluti quodam aggere virtutum obstruat, ne vocem doloris emittat. Et Theodor. ibi. Tacebit, ac si habeat os plenum terra. Cum populus est captiuus, ciuitas deuastata, filij interempti, opes profcriptæ, magno dolore affecta est incluta Sion, statuit tamen de malis non conqueri, sed fluctus misericordiarum sorbere, intusque confingere, sed ad quid tam forti velamento opus est, vt os claudatur, dolor internus, qui in animo voluebat, erat magnus, & ingens, ne ergo foras prorumperet robustissima munitione os obstruendum fuit, & veluti impenetrabili aggere admoto via præcluditur; nam aliis animus internus in externas voces erumperet.

120. Chryfol.

Ex abundantia cordis os loquitur.

121. Genes. 3.

Rupertus.

Quod animus concipit, foras per os emittitur.

122. Thren. 3.

Ambros.

Theodor.

Afflicta Sion, vt accensit, sepelitur cinis.